



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XXIV. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

litate & devotione retinuit, suoque exemplo alios quoque plurimos eodem persuasit. Idem totas plerumque noctes in amplexu Crucis cum lachrymis & gemitu transegit; & saepe gelu rigens, a Fratribus ex Ecclesia in infirmitiorum asportatus fuit; juravimus sui corporis hostis. Animam sanctam magna cum jucunditate, in-

*Mors ju-  
nunda.*

terulti Sacramenti Unctionem exhalavit die 71. Januarij, anno aetatis sue 77. cum annos 46. tanto in vita quasi perpetuo equuleo & Martyrio sanctissime traduxisset. *Philippus Malabayla,* & *Catal. Fulienf.*

*P. Adria-  
nus Can-  
cellier Abb.  
Dunensis.*

Inter alia Ordinis praeclarissima, ornamenta effulget, & suum hoc ipso anno decus Cœlis infert Reverendissimus Dominus Adrianus Cancellier, Abbas Sacri Dunensis in Belgio Cœnobij sacrae Cisterciensis Reformationis promotor singularis, insignibus meritis gloriosus. Quæ inter non minimum illud, quod mira munificencia, & liberalitate sumptus, & necessaria suppeditarit, ad ædificia & sustentationem plurium in Inferiori Germania Cœnobiorum & Collegiorum, in quibus alij Deum jugi laude celebrant, alij proximorum utilitati & juventutis instructioni vacant, fructu omni eorumdem, merito, magnam partem, ad Adrianum nostrum, & plures ejusmodi tam Cluniacensis quam Cisterciensis Reformationis Abbates,

*De Exuli-  
bus ob fi-  
dem Rom.  
meritus.*

de Exilibus præcipue Anglis, optimè meritis, redundante. Quorum proxime defunctorum & aliquot superstitionis laudibus parendum duximus; tum quod illorum etiam sine nobis vigeat apud grati animi clientes memoria; tum quod viventium, et si laudabili, erubescientia tamen verecundæ parcamus. Obiit Adrianus ipso Resurgentis Christi Domini festivissimo die; vir omni Virtutis perfectione absolutissimus, juratus corporis sui hostis, verus Pauperum Pater. Cujus dum felix anima corporis solvenda erga stculo, cum morte luçtarerit, coelesti lumine locus in quo decumbebat illustratus, illuminatissimo Præsuli, illustre testimonium, præbuit eximia sanctitas. *Ex monim. Dunensis.*

*IESU CHRISTI ANNUS M.DC.XXIV.*

*Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXXIV.*

**N**ostrorum Veteri, saepè etiam novissimis notata & observata,

seculis, consuetudine, jactata rubulenta in Gallia fluctibus innocenter RR. PP. Societatis Jesu, è Reformati nostri Ordinis Patribus, fidelissimè patrocinantur non pauci, eorum que non causam solum aperte fovent, sed & recte recipiunt, alimentis nutriunt, & quibusunque modis promovent, & commendant. Nemo tamen

majore sollicitudine & charitate, quam

Reverendissima & Illustrissima Abbatissa Vallis Gratiae, cuius revera, plus

quam materna erga eosdem Patres pretas fuit, quorum calamitatibus tanto pere condoluit, ut easdem acerbissimis non solum defleret lachrymis, sed

plagis crudelibus in semet seviens, se se pro ijsdem victimam Numini consecraret, ferventissimisque precibus, dies noctesque commendaret; cuius orationes plurimum apud Deum potuisse, nemini dubium esse debet, adeoque plus forte ceteris omnibus, pro Patribus illis apud Divinam Bonitatem obtinuisse. *Ex Vita ejusdem.*

Uti vero amore proximorum fer-

ventissima erat, & omnium vel maxi-

mè Religiosorum Reformationem

toto corde cupiebat, ita multo magis

Dei amore tota ardebat, & quasi con-

flagrando totam se in sponso suo per-

debat & quasi evanescebat; in oratio-

ne quam maximè inardebeat, ita ut

sagitta Divini Amoris saeculatum cor

eius vehementer palpitaret, quod inde

etiam in vestium motu facile percipie-

batur. Et quidem verè illud usurpare poterat: *Fulcite me floribus, stipate*

*me malis: quia amore langueo.* Amo-

re siquidem unionis tacta, res creatas

in solo Deo amat, & hujus beneficio

amoris à seipso, & à mundo, &

ab omni re extra Deum segregabatur.

Maximè autem Deo per sacram Eu-

charistiam uniebatur: tandemque acci-

dit, ut die, quo hoc Angelico pane

orbaretur, debilis corpore & mente

evaderet: ac proinde ei concessum est

fermè quotidie de hac sacra mensa re-

fici. De qua etiam sentiebat in se a-

morem Dei inebriantem cuius vim in

Patrum  
Societatis  
piè à nostra  
Confusione  
Ordini.

*P. Mary.*  
*inproce-  
dem Soia,  
pres &  
lacione*

*gol*

*v*

*Pla*

*Tod*

*Epi*

*ignitaejus-  
dem char-*

*146*

*Pla*

*Tod*

*Epi*

*Perror*

*Amoris Di-*

*vimi*

*L*

*la*

*rep*

*Amer int-*

*ebriani*

*Amor patiens.* caruit amore, quem patientem appellant: cum nulla fermè dies abiret, sine aliquo dolore, eoque vehementi, cuius beneficio ei ad humilitatem, patientiam, & Divinum Amorem, non minima fieret accessio: rata sibi genus esse Marryrij, si nihil pateretur: cum saepè præ amoris exuberantia ipsos dolores minimè perciperet. Inde visa saepè est à sororibus, flammam globis & vorticibus circumdata, cœlesti juxta exauditā voce: *Hec ardet interius vehementiori amoris sancti incendio.* Et: *Hec mei amore vehementer uritur.* Inter orandum saepè, præsertim cum sacro Officio interesset, vel sacra Synaxi reciceretur, mutata facie, clarificatorum in celis referens pulchritudinem, suis omnibus apparebat. Bis visa à Religiosissimo quodam Presbytero, solis radios splendore superare. Uno verbo, admirabile objectum fuit turbatissimo hoc fæculo Divini Amoris & Gratiae, &c. *Ex Vita, Jacques Ferriage. Hugone Menardo & Scriptore Anonymo Ms.*

*Placidus de Todos Santos.* Evolathoc anno ad æternitatis præmia insignis ille Mariani honoris propagator Coelitum Imperatoris amantisissimus Reverendissimus & Illustrissimus noster Placidus de Todos Santos professus Monasterij S. Æmiliani, Guadicensis primum, deinde Samorenensis Episcopus, vir magnæ sanctitatis, verus pauperum Pater, exemplar in ipso Episcopatu solidæ paupertatis, dum nil sibi retinens, adeo pauper Pontifex decessit, ut ex eleemosyna Canonorum suorum, memorabili ad omnem æternitatem exemplo, sepeliri debuerit. Laboravit hic vir tantus, plurimum in asserenda Immaculatissima Virginis Matris coolorum, Augustæ Conceptione, cumque esset non minus eruditiois quam sanctitatis fama celeber, à Philippo III. Rege Hispaniarum, circa varia magnique ponderis ac momenti negotia, præcipue vero in punto Conceptionis Immaculatae Virginis ad Paulum V. Pontificem Maximum Legatus coeli terraque Regionam immortaliter demeruit. Fuit ante Episcopatum Generalis Ordinis, Exemplar & speculum omnis Virtutis, Ordinis universi singulare ornamentum. *Ex diversis rerum Hispan. Scriptoribus.*

Moritur hoc ipso anno Parisijs sanctæ memoriae P. F. Guilielmus à S. Genoveſa sacratissimæ Congregationis nostræ Fuliensis Monachus. Fuit hic Verbi Dei Concionator præstantissimus, eoque seſe meritis plurimis Provincijs commendavit; maximè in Normannia, ubi pro altero Paulo Apostolo est habitus, nec aliter à populo, quam *Viri Sancti* nomine appellatus, verè potens Sermone & Opere, ut saepè relicts templis, in ipsis compitis, cæmeterijs & campis, exstructo aliquo suggestu peralto, vel in arborem aliquam conscendens, apud confluentem nimiam populorum, multitudinem, prædicare cogeretur. Qui eti plures Christo lucratus sit animas, pro rara tamen sua animi demissione, post concionem habitat, timens, ne indigne Verbū Dei i seminaslet, apud se conquestus lachrymabatur. Diem supremum habuit nonum Septembris, quo ad præmia laborum æterna evocatus corpore excessit. *Philipp. Mabayla, &c.*

Fuit hic etiam annus, vita hujus mortalis ultimus Reverendissimo Domino Dionysio l' Argentier, Sacra Cisterciensis familie columni spectatissimo, Clarae Vallis Abbatii, viro: quem *DEUS in vita egregijs virtutibus, miro servore, & reformationis Zelo, post mortem vero signis & miracula illustravit. Cui argenteum, inquit Claudio Robertus, septuplo probatum nomen feci, moribus plane aureis, qui postquam suis, annis viginti septem sanctissime præfuisse, octavo Cal. Novembr. anni 1624. beatissimo fine decessit, cuius sacros pedes, magnus ille Vallis Aureæ prope Luxemburgum Abbas Bernardus de Montgayllart, & ipse sanctissimus, signisque prodigiosis illustrissimus, summa cum animi demissione & devotione osculatus est, univerſo ejus Viatorum Religiosorum conuentu id ipsum imitante. Celebravit magnis & evidenteribus miraculis Dionysij sui perspectatissimam sanctitatem bonum. Numen, celebratque in hodiernum diem, profligatione in primis prodigiosa. Cacodæmonum ex energumenis, quibus sacra ejus Reliquia adeo terribi sunt, ut sustinere eas minimè valeant, quin possessa pridem habitacula quam primum deserant. Sepultum est*

*Guilielmus  
à S. Geno-  
veſa.*

*Concio-  
nator mirifi-  
cans.*

*Ven. Dio-  
nysiuſ l'Ar-  
gentier  
Abb.*

*Beato fine  
quiescit.*

*Clare  
magis  
miraculū.*



**est** sacrum corpus ejus, loco quo decessit, eorū verō Claram Vallem delatum est, his tantum Argenti imo Auri præstantissimi thesaurum illis haud immetito invidentibus. Positum non unum viro tanto Epitaphium, quæ subijcienda censuimus.

**EPI T A P H I A S. M. D I O N Y S I J A R B A T I S  
C L A R A E V A L L E N S I S .  
C H R O N O S T I C O N .**

**Epitaphi-  
um.** Æthera Mens sUperat l' Argentler,  
a Vrea CorpVs  
Sors tenet, & CLara Corsibl Vallis  
habet.

*Aliud Epitaphium.*

Ortum Treca, gradum Sorbona & Clara  
tiaram  
Vallis, at exequias Aurea, & Astra  
Deus.

*Aliud Epitaphium Anagram-  
maticum.*

**D I O N Y S I U S E ' A R G E N T I E R  
Anagramma.**

**A L E S D E I J N G R E D I T U R S Y O N .**  
Raptus amore DEI, sanctam Diony-  
sius A L E S

**J N G E D I T U R** terram corporē, men-  
te SYON.

Ejus laudes eleganti stylo prose-  
quutus R. P. Laurentius de la Roche  
oratione funebri Luxemburgi impresa  
anno 1624. apud Hubertum Reuland,  
è miraculis aliqua ab Henriquezio re-  
censentur prolixè, nimirum Religiosi  
à quartana, alterius incurabili stomachi  
infirmitate, aliorum Apostemate  
gravi, vena dissectione, &c. gravissimis  
periculis prodigiose liberatorum  
&c. *Ex Chrysost. Henrig. Ang. Manri-  
que, &c.*

Evolat & aliis mirabili splendore  
è terris animus hoc ipso anno sexto  
**F r a n c i c u s** Nonas Martij Venerabilis P. Francisci  
à S. Maria. à S. Maria Magdalena, Fuliensium no-  
strorum in Gallia Provincialis. Hic  
Gallus natione, cum jam aetate matu-  
rus & sacris initatus Ordinibus esset,  
Regulamque S. P. N. Benedicti profes-  
sus, tanta virtute enuit, ut per viginti  
quinque & amplius annos Prioris &  
Provincialis munere fungi cogeretur,  
in quo rigorem cum mansuetudine,  
justitiam cum misericordia jungens,  
disciplinam Congregationis mirifice  
promovit, & aeternum meruit. Li-  
cer autem adversa valetudine perpe-

tuo premeretur, de rigore tamen se-  
mel suscepto nihil remisit, & inedia  
potius, quam alio quounque reme-  
dio morbos profligavit. Primus & ultimus  
semper in Choro fuit; post Ma-  
tutinas in templo contemplationi va-  
cans, asperrimo etiam in frigore, ad  
usque Primam Canonica perficit. *Eius Vita.*  
Ita parcus in risu, uti sobrius in victu,  
Philosophi Christiani imaginem ipsius  
in se omnibus redhibuit. Ab omnibus  
autem Passionibus humanis liber-  
rimus, hospitalitatis insuper charitate  
mire enuit. Horam denique mortis  
sua Spiritu Propheticō prædicens,  
cum magna sanctitatis opinione To-  
losae decessit. *Hugo Menard. Carolus à  
S. Maria, Chrysost. Henr. Phil. Malabaya-  
la.*

In Hispanijs Congregationis no-  
stra Montis Sion, eximia celebrantur  
novo fervore merita, dum felicissimi  
ejusdem Ascetarum litteras solummo-  
do & eruditionem diversissimis locis  
& universitatibus longè latèque pro-  
movent, Philosophiam & Theologi-  
am summa cum laude & utilitate pro-  
fidentes, sed & ad Infidelium Conver-  
sionem, in diversas & remotissimas  
missi Regiones, gravissimis genero-  
sissimo animo terra marique perfun-  
cti periculis indurati calamitatibus, ni-  
hil reformidantes laboris & incom-  
modi, innumerabilem pene mortali-  
um multitudinem ex Inferi eripientes  
faucibus gremio Romanæ Ecclesiæ ad-  
ducunt, de quorum sanctissimo Vitæ  
Instituto, & præter sanctissimam Re-  
gulam nostram constitutionibus, le-  
gendus *Henriquezius lib. 2. d. 15.*

**I E S U C H R I S T I A N N U S M. D C . X X V .**  
**S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . X L V .**

**H** Oc anno Christi M. DC. X XV.  
Panhormitani, cognita & cele-  
brata admirabili Archiparentis nostri  
BENEDICTI in avertenda pestilenti lue,  
aliisque cum terræ motibus, tum pro-  
pulsandis hostibus, gratia: solemniſſi-  
ma cooptatione sua Urbis Patronum  
delegere. *Ex communicatis à R. P. D.  
Mauro Marchesio.*

Innumera multitudo eorum, quos  
ex Ordine hoc ipso tempore, insigni  
vitæ innocentia & doctrina atque eru-  
ditione mirandos orbi proponere &  
aeternis saeculis commendare oportet,

S. P. N.  
Adoptionis  
Tutelaris  
Panhor-  
mitano-  
rum.